ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 80r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



&tamquam pellis hirsutus; Cognominauit
aut̄ nomen eius esau. & postea exiit frat̄
eius. & manus illius inplexa erat calcaneo esau.
& appellauit nomen illius iacob. Refert
de his alia scriptura. quia iacob in uentre
subplantauerit fratrem suum. & huius rei
indiciū sit. qd̄ manus eius inplexa erat cal
caneo fratris sui esau; Qui esau deutero
matris processit hirsutus totus tamquam
pellis. iacob aut̄ lenis & simplex. Unde &
iacob luctando uel subplantando nom̄ acce
pit. esau uero ut aiunt qui hebrea nomina
int̄ p̄tant̄. uel a rubore uel a terra. id est rubus
uel terrenus. uel ut aliis uisum est factura
dictus ēē uideat̄. Uerum quae sint ista na
tiuitatis priuilegia. cur aut ille subplanta
uerit fratrē. & lenis ac simplex natus sit.
cū utiq; sicut dic̄ aplr̄ ex uno fuerit isaac
patre nostro utriusque filii conceptus. uel cur
ille totus hirsutus & horridus. & ut ita dicā
ꝓpeccati & nequitiae squalore circū datus.
meum non ē discutere. Si enim uoluero in
altum fodere. & aquae uiuae latentes uenas
aperire. continuo ader̄ filistini. & litigabunt